dicem,an ſoluetur per lit.conte.an per ſententiam,vide Bart.
in l.qui fidem.ſ.de tranſac.Et ad id,qd dicitur de pena contem
ptus,que petitur vna cum principali,Adde tex.in l.vbi pactuz.
⁊ ibi Bar.C.de tranſac.Et vide Bal.qui etiam not.limitat iſtã
materiam,⁊ aliter etiam limitat Car.in cle.quandiu.de app.Et
vide Bal.in l.cũ proponas.C.de tranſ.¶ Adde Ro.cõſ.cccxx-
viij POMA.Limita vt per Bar.l.ita ſtipulat⁹.in vlt.parte.verſ.
vltimo opponitur.de ver.ob.⁊ vide aliqd ad iſtã l.p Ro.conſi.
cccxxxij.dub.⁊ de materia huius legis vide Paul.de Caſtr.⁊
Alex.in l.pecuniam.j.ſi cer.pet.cum concord.per eos datis,an
pendente tali compromiſſo poſſit agi coram iudice.

LEX XXXVI.

1 ☞ Conditio tacita quod impedit natiuitatem actionis.

**Ita demum tamen.**

**§.Sed ⁊ ſi quidem.** Pena cõpro-
miſſi habet in
ſe tacitam conditionẽ,vt cõtra eius exactionem doli obijciatur
exceptio.h.d.in prin.legis ibi,committitur.i.commiſſa ſub hac
cõditione exigitur.¶ Opp.in prin.dicitur,quod ſtipulatio hz
conditionem,ſi nihil dolo ſit In fin.dicitur,ꝙ ſi ſit aliquid dolo

habet locum exceptio doli. Contra, ſi ſit dolo, ſtipulatio non cõmittitur, quaſi deficiente conditione, ergo exceptio non eſt neceſſaria. Dicit glo. not. † Iſta conditio ineſt tacite, ⁊ tacita conditio non impedit natiuitatem actionis, vt l. condiones extrinſecus. ꝭ. de cond. ⁊ demon. Hoc eſt falſum, vt no. in l. item quia. ſ. de pac. Et ideo dicas, ꝙ ineſt tacite cõditio exactioni, nõ cõmiſſioni ſtipulatiõis. ¶ Opp. quãdo aduocat⁹ corrũpit͛ habet locũ i ite. reſti. l. j. C. de aduo. diuer. iu. ergo nõ hꝫ locũ actio de dolo. Sol. dic quod actio de dolo competit hic ad cetera damna.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Corrũpitur. Si aduocat⁹ corrũpitur, vide in l. iij. C. eo. ⁊ per Imol. in l. Diuus. ꝭ. de re iudic. ¶ POMA. Vide Alexand. in l. j. ꝭ. de legat. ij.

LEX XXXVII.

## Non diſtinguemus. §. Sacerdotio.

a ¶ Not. ꝙ ſacerdos poteſt eſſe arbiter. Quod itellige in ſimplici ſacerdote, ſecus ſi eſt monachus, vel alias regularis, quod dic vt in l. Pedius. ſ. eo.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Sacerdotio. Nota tex. in hac l. in verſ. non eſt cogendus, ꝙ ſi factũ eſt cõpromiſſum de vna re, q̃ pendẽte iudicio petiit, arbiter poterit ſine nouo cõpromiſſo facere cõdẽnationẽ ad intereſſe. Quod ſingulariter nota, ⁊ itellige vt hic notatur ⁊ habetur. ¶ POM. Ad iſtũ tex. vide Feli. i c. preſentata, de teſtib.

1 ☞ Compromiſſum non poteſt fieri de crimine, quando agitur criminaliter, etiam ſi pena ſit pecuniaria.

2 Tranſigi quando poteſt ſuper crimine, poteſt ⁊ in arbitratorẽ compromitti.

Arbitramentum eſt tranſactio.

## §. Iulianus.

De cauſa meri ⁊ miſti imperij, vel de cauſa ſtatus nõ poteſt compromitti.

1 h. d. cũ §. ſeq. ¶ Querit glo. † vtrũ hoc ſit verum, ſiue de crimine agat͛ ciuiliter, ſiue criminaliter. Et determinat, ꝙ debeat intelligi, quando criminaliter, Nam ſi ciuiliter, tunc poſſet cõpromitti. l. quid ergo. §. ex compromiſſo. ſ. de his qui not. inf. Et aſſignat rationem, quia quilibet ſoluens penam pecuniariam liberaretur, ⁊ euitaret penam corporalem. Innuit ergo glo. ꝙ ſi de crimine imponeretur pena pecuniaria, poſſet cõpromitti, ⁊ pronuntiaret arbiter penam dandam fiſco, ſi non pareatur, pena cõpromiſſi committeretur parti, l. arbiter intra. ꝭ. eo. Hoc nõ pla

a cet Iaco. Butr. quia ꝑ hoc lederet͛ ius fiſci. a Pro hoc ꝭ. prox. §. ibi, eadem dicenda ſunt, ⁊c. Nec ob. iſta gl. qr hec ratio non eſt generalis. Nec ob. l. arbiter. ꝭ. eod. quia ibi id, quod deducebat͛ i

2 compromiſſum, totum pertinebat ad partem. † Itẽ querit glo. nunquid ſuper iſtis delictis poſſit tranſigi? Dicit gloſ. non regulariter, per eãdem rationem. Tu dicas, quod tranſactio, per quã preiudicat͛ omnibus, nullo modo licet, vt no. in l. tranſigere. C. de tranſac. Sed tranſactio, per quã preiudicatur tranſigenti ſuper iſtis criminibus, licet quandoqꝫ. d. l. tranſigere. Et

b per hoc dico, b quod eodem modo licet compromitti in arbitratorem, quo licet tranſigi, quia tranſactio eſt. Et ſic iſtum §. itelligo, quod non poteſt compromitti in arbitrum.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Ius fiſci. Vide Abb. conſi. lxxvij. ij. dub. in ij. volu. Ro. conſi. clv.

b ALEX. ¶ Et per hoc. Vide Ioã. An. i ti. de arb. §. poteſt. vel §. ſeq. in addi. incip. dicit Guido.

1 ☞ Statutum, quod omnes cauſe compromittantur, non comprehendit cauſas miſti imperij.

## §. De liberali.

a Glo. hic querit, quid i aſcriptitijs, ⁊ in cõuerſione, ⁊ monachatione, ⁊ matrimonio? Et reſpondet, ꝙ idẽ. Item quero, quid in cauſis miſti imperij? Dic quod idem, vt no. in l. idem Pomponius, ſi de meis. ſ. eo. Et ibi no. dicit glo. Et quod ſit verũ, dicit gl. probo per l. ſi. C. vbi ⁊ apud quem. ⁊ extra eo. c. pe. Ex hoc dicebam,

1 quod † ſtatutum huius ciuitatis, ꝙ precipit omnes cauſas com

b promitti, nõ porrigatur b ad cauſas miſti imperij. * ¶ Sed que

* ro, quid de libertate eccleſie? Dic vt extra eo. c. cum tempore.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ De liberali. Ad iſtũ tex. cõcordat c. cauſam. de reſti. in ite. Sed vtrũ de cauſa liberali arbiter poſſit cognoſcere incidẽter, licet ꝓncipaliter nõ? Videt͛ quod ſic, ꝑ l. quoties. C. de iud. ꝙ dicas habere locũ i arbitro, ⁊ eſt tex. notabil. ſecũdũ vnã lecturam in l. cũ proponas, ⁊ ibi Bal. C. de reb. cre. ⁊ glo. fin. hic in fi. ⁊ l. iterdũ. § qui furẽ. ⁊ quod ibi no. Bar. de fur. ¶ Add. ꝙ voluit Roma. cõſi. cccxix. ¶ Vide Lanfran. in trac. de arbi. v. ſimul. compromiſſum. ⁊ Roma. conſi. cclxij. ⁊ conſi. cccxix.

b ALEX. ¶ Nõ porrigat͛. Si ſtatutũ dicit, ꝙ oẽs cauſe debeãt cõpromitti, nõ porrigit͛ ad cauſam miſti imperij, vide Bar. ꝭ. ea. l.

§. queſitũ. Sed ſtãte dicto ſtatuto, quero, quis eſt ciuis Florentinus, non habet ibi domicilium, habet tamen alibi, an ibi poſſit cogi per conſortem, ſi ibi reperiatur eſſe extra in domicilio ſuo? Imo. in c. ſane. de for. cõpe. dicit ſe dixiſſe quod non, per ibi notata per Io. And. in d. c. ſane. ⁊ Ant. in c. fin. eo. tit. Quod no. ad intellectum dicti ſtatuti. Item adde, quod dictum ſtatutum nõ habet locum, vbi per partem opponitur exceptio impediẽs litis ingreſſum. ſecundum Bal. i l. fratres. C. de tranſac. ⁊ in l. ſi iudex. ſ. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. ¶ Adde, quod ſtatutum dicens ꝙ omnes cauſe compromittantur, nõ comprehendit cauſas miſti imperij. Rom. conſi. cccxix. ⁊ conſi. cclxij.

* CLAVD. ¶ Imperij. Vide Rom. conſi. cclxiij.

## §. Si ſeruus.

Nõ valet cõpromiſſum factũ a ſeruo nec arbiter cogitur ſententiare. h. d.

1 ☞ Reconuentio non habet locum coram arbitro.

## §. Item ſi quis.

Legat⁹ tẽpore legatiõis cogit coram arbitro litigare illis caſib⁹, quib⁹ corã iudice ordinario cogeret͛, ⁊ nõ al͛r. h dicit. ¶ No.

1 tex. † i fi. videt͛ caſus, ꝙ corã arbitro lo.⁹ ſit reconuentioni. a Ad

a contrariũ eſt tex. extra eo. c. cũ dilectus. ſed poſſes dicere, ꝙ hic cogitur ſe defendere coram iudice ordinario, non corã arbitro.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Reconuentio ii. adde Bar. latius in auth. ⁊ cõſequẽter. C. de ſen. ¶ AND BARB. Et vide gloſſ. fin. i l. eſt receptũ. ſ. de iuri. omni. iudi. vbi dicit, ꝙ corã iudice prorogato de volũtate part. ũ habet locũ recõuentio. Quam gl. ſumme nota cõtra Bar. in prealle. authen. ⁊ conſequenter, vbi tenet, ꝙ idem quod in arbitro, ⁊ eũ ſequitur ibi Ang. ⁊ Pet. de Anch. in c. j. de mu. pet. licet Anto. teneat contra, ⁊ ſequitur ibidem Io. pro quib⁹ facit prealle. gloſſ. quam nemo eorum allegant.

## §. Diis.

Inter petitorẽ ⁊ poſſeſſorem hereditatis debent ſilere lites ſpeciales, etiam corã arbitro. hoc dicit. ¶ No §. iſtum, nec corrigitur per l. fi. C. de peti. here. quia illa loquitur petitore vel poſſeſſore conuento a quodã tertio, hic quãdo eſt queſtio particularis inter illos. Item illa lex loquitur, vt dixi, in petitore vel poſſeſſore cõuento. Secus, ſi alter eorum ageret contra tertium. l. ſi bone fidei. ꝭ. de pet. here. ⁊ l. ſi poſt. ꝭ. de excep. ⁊ ibi plene dixi verſi. dic ergo.

## §. Dies.

Si dictum eſt in cõpromiſſo de prorogatione, iſta conuẽtio prorogationẽ nõ facit, niſi ſequatur iuſſus arbitri. hoc dicit. Vel ſic, Promiſſio de ꝓrogãdo prorogationẽ nõ facit, niſi ſubſequatur ꝓrogatio. hoc dicit. Glo. laborat i poſitiõe caſus ſed in ſummario ego poſui tibi veritatẽ.

## §. Si arbiter.

Arbiter ſe occultãs, per iudicẽ poteſt citari, ⁊ mulctari.

## §. Cum in plures.

a Dictio, qlibet, eſt diſtributiua, dictio oĩs, eſt collectiua, h dicit. Vel ſic, Dictio, qlibet, diſtribuit actũ i quẽlibet ſeparati, dictio, oĩs, cõiuncti. h. d. ¶ No. iſtũ tex. de h ꝑ glo. in l. ſi pluribus. ꝭ. de le. ij. Dixi latius in l. hoc articulo, de her. iſti.

ADDITIO.

a POM. ¶ Cũ in plures. Vide Lanfr. in trac. de arbi. in ix. ſing.

## a §. Cum quidam.

a Si arbiter efficiat͛ inimicus partis, cõtra petitionẽ pene obſtat exceptio doli. hoc dicit. Et iſtũ § intellige, quando ſuperueniunt inimicitie abſqꝫ culpa partis. Nam ſi eius culpa, tũc incurreret etiã penam cõpromiſſi, qr per eũ factũ eſt, quominus arbitrator ſententiam diceret, ⁊ ſic incidit in penam, vt ſ. eod. l. diem. §. ſi quis litigatorum. ⁊ ꝭ. eo. l. non ex omnibus, in princi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Cũ qdã. Vide no. ꝑ Bal. ꝑ iſtũ tex. i rub. C. de appel. in fi. ⁊ adde ꝙ cõtra ſentẽtiã latã per inimicitias capitales, petitur reſtitutio, ſm Bal. in l. venales. C. quãdo prouoca. nõ eſt neceſ. Et hic adde Bal. in l. arbitro. q ſatiſd. cog. ⁊ iſte tex. facit ad ea, que no. poſt Bar. in l. i. ꝭ. de exce. vbi allegaui etiam iſtã, ⁊ allegaui etiam Bal. in l. ij. C. vt lit. pen. ꝙ reclamatio ad arbitrium boni viri, dicit͛ quaſi appellatio. Et Bal. i l. fi. de app. rec. Bar. ⁊ Bal. in l. j. C. eo. vbi videntur dicere contrarium, vtrum autẽ ſit actio nullitatis, vel iniqtatis, vide Bal. i l. iij. C. eo. ti. ¶ Ad. de ꝙ reclamare ab arbitrio boni viri, ſit quaſi appellatio. Ro. conſi. xc. ⁊ quod dicit Bar. i hoc §. dicit etiam Guid. de Suz. vt refert Ioã. And. in addi. ad Spec. i §. finit͛. ver. itẽ ſi capitales.

## a §. De officio.

a Arbiter nihil poteſt vltra illud, qd eſt ſibi in compromiſſo conceſſum.

ADDITIO.

a AND. BARB. ¶ De officio. Vide Bar. in l. Aquiliana. C. de trãſact. ad qd allegaui iſtũ §. ¶ Vide quid per iſtum tex. decidit Rom. cõſi. cxv. incip. viſo compromiſſo. j. dubio. ⁊ etiam alia qua per Iaſ. l. ſi ſuper poſſeſſione. i. no. C. de trãſac. ⁊ pro limitatione huius §. vide Fely. c. cauſam q̃. de re iud. Rom. conſi. cvj.

Reforma

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

1 ☞Reformationes vt poſſit dictare aduocatus,cautela.
2 Statutū quod quelibet cauſa cōpromittatur,quādo cōpre-
hendat cauſam concernentem,vbi pupillus educari debeat.

§.Queſitum. Arbiter debet dicere ſententiam ꝑ
quam lis finiatur.nec poteſt in aliū
1 delegare,niſi hoc ſibi cōmiſſum fuerit.h.d.Primo † ꝑ iſtū tex.
reddaris cautus,quando es aduocatus ad dictandū reforma
tiones facias poni,quod poſſit ⁊ ꝑ alios,alias nō poſſet hoc,vt
2 incideremus in dubiū.Si in † ciuitate iſta eſt ſtatutū,ꝙ que
libet cauſa compromittatur:Modo quidam petebat ꝑ iudicē
decerni apud quem debeat pupillus ali.Querit vtrū iſta cau-
ſa debeat compromitti.Et videtur ꝙ nō,cū ſit miſti imperij:er
go,⁊c.vt nota.ſ.ea.l.§.de liberali.Preterea de hoc non poſſet
a tranſigi:ᵃ ergo,⁊c.Sed ſi verba ſtatuti eſſent adeo gn̄alia,ꝙ
iſtam cauſam comprehenderent,tunc deberet ꝑ arbitrū ſenten
tiari,an iudex deberet decernere,nō quod ipſe arbiter decerne
ret.Et hoc videtur velle hic text.dum dicit,vt arbiter ſtatue-
ret,⁊c.Unde arbiter poteſt de hoc iudicare ſcilicet ad iudicis
arbitrium eundum eſſe,quia de hoc dubitabatur:nō autē quid
iudex facturus erat,ſed an facere debeat.

ADDITIO.

a ALEX.¶Nō poſſet trāſigi.Uide no.Bal.in l.tutor.ī.de tut.et
cur.da.ab his.vbi ēt ponit idē in hoc dubio qd hic.⁊ vide Bal.
in l.fi.C.vbi ⁊ apud quem in inte.reſt.pe.⁊ ſ.ea.l.§.Julianus.ī
fi.⁊ §.ſequen.⁊ quod ibi dixi.

a §.An ⁊ ſatiſdarem. Hic eſt bonus tex.ᵃ cū
glo.

ADDITIO.

a ALEX.¶Bonus tex.vide gl.⁊ Bar.in l.j.C.de procu.

LEX XXXIX.

1 ☞Pena ſi eſt cōmiſſa,⁊ ſentētia confirmata tacite per lapſum
decem dierum,quando vtrunqꝫ confirmetur.

SI duo. Si ſententia per arbitrū fertur pro,
vel ꝯ vnū ex duob.reis,ſi ab altero pe
tatur vel contra alterū pena cōmittitur,ſi ſocij ſunt
alias,ſecus.h.d.¶Oppo.de l.ſi vnus.ī.reſpō.ſ.de
a pact.ᵃ Sol.iſtud ꝯrium eſt ita difficile,ſicut aliud ꝙ ſit ī mun-
do.ibi loquitur in pacto,hic in ſententia,dicit glo.vel aliter,nec
ibi,nec hic cōmittit pactū,ſed pena.De hoc dicā in l.ſi vnus.ſ.
1 de pa.⁊ ibi declarabo.¶Quero,ſi pena ē † cōmiſſa,⁊ ſnīa cōfir
mata taciturnitate decē dierum,vtrum confirmetur vtrunqꝫ.
Uidet ꝙ nō in l.reſcriptū.§.ſi pacto.ſ.de pac.Breuiter dic,ꝙ
ſi pena tantummodo eſt appoſita,nō homologabitur ſnīa cur-
ſu decem dierum,vt no.in l.ij.ſ.eo.Sꝫ ſi eſſet dictum,rato ma-
nente pacto,tunc vtrunqꝫ peteretur.l.qui fidem.ſ.de tranſac.

ADDITIO.

a ALEX.¶De pac.Et ad hāc l.vide Bar.in l.ex duobus reis.in
iiij.⁊ v.q.in ꝓ.q̄ro qd ſi pena eſt commiſſa.ī.de duo.re.vide ple
ne in l.ſi pupillam.ī.e.tit.⁊ ibi gl.

a §.Semel.ᵃ Pena ſemel cōmiſſa,ampliꝰ non commit
titur,niſi ſit actū.h.d.¶No.iſtū text.Due
enim ſunt clauſule que apponūtur in inſtrumentis cōiter circa
penam:vna,ꝙ pena toties committatur,quoties fuerit contra
factum:iſta ſumitur hic.Et alia pena,que ſi eſt ſoluta,vl nō,cō
tractus remanet firmus,que vocatur,rato manēte pacto,que
ſumitur ex l.qui fidem.ſ.de tranſac.¶Opponi.quod pena ſe-
b mel cōmiſſa iterum cōmittatur.ᵇ l.ſi procuratorem.ī.rem ra.
ha.⁊ ī.de ꝟb.obl.l.ſi ſic.Gl.dicit ꝙ ibi non erat intereſſe,nec pe
na.Tu dic plene per gl.⁊ Dyn.in l.ſi ſic.ī.de verb.obli.

ADDITIONES.

a AND.BARB.¶Semel.Quot vicibus pōt committi,vide ad
plenum in rub.ſ.e.per Lud.
b ALEX.¶Iterū committat.An pena poſſit ſepius cōmitti?vi
de gl.Bar.⁊ doc.in d.l.ij.in fi.C.de iure emphy.vide Lu.Ro.ī
l.ſi finita.in prin.de dam.infe.⁊ Spe.in tit.de act.§.fi.ver.qd ſi
dictum fuit in cōpromiſſo,quod pena pluries cōmittatur?ad-
de an pena poſſit ſepius committi,Bal.conſi.xxx.

LEX XL.

1 ☞Pupillus obligatus naturaliter non reſtituitur.

a SI pupillus.ᵃ Pupillo compromittente
non cogit arbiter ſententiā
dicere,niſi fideiuſſores interceſſerit.h.d.¶Opp.ꝙ
ēt fideiuſſoribꝰ ſuccurrat,vt l.ſi minor.de ꝑcu.cū ſi.
1 Sol.Hic pupillus † tenebatur naturaliter tantū,ideo in inte.
reſti.ſibi non competit,ergo nec fideiuſſori.¶Opp.ſi pupillꝰ
non tenetur,ergo fideiuſſor non accedit.l.i.ī.d fideiuſ.Sol.In
tellige de pupillo,qui obligatur naturaliter,vt in gl.

ADDITIO.

a POMA.¶Si pupillꝰ.Uide Lanfran.in tract.de arb.queſtio.
ij.Bar.conſi.xlvij.

LEX XLI.

1 ☞Arbiter non pōt diebus feriatis ſententiam dicere.
Clauſula diebus feriatis,⁊ non feriatis,appoſita in cōpromiſ-
ſo,quid operetur.
2 Ferijs inductis in honorem Dei renuntiari non poteſt.
Arbitrator diebus feriatis,etiam in honorem Dei,poteſt lau
dare.

SI feriatis Snīa lata die feriata ob neceſ
ſitatem hominum cogente p̄-
tore valet:ſecus ſi eſſet feriata ob honorē Dei.h.d.
Alio modo legitur,vt hoc dicat,Snīa lata cogente
pretore die feriata ob neceſſitatem hominum,valet,ſecus pre-
1 tore non cogente,niſi hoc ſit actū.h.d.Et † propter hoc appo
nit quotidie in compromiſſis,quod cognoſcere poſſit,⁊ pronū
ciare,ſeu ſententiam dicere diebus feriatis,vel nō feriatis.Et
hoc intellige in arbitro,ſecus in arbitratore,vt dixi in l.idem
2 Pomponius,ſi de meis.§.fi.ſ.eo.¶Item not.† quod ſi ferie
ſint inducte ī honorem Dei,non poteſt ex conſenſu partiū eis
renunciari,vel authoritate iudicis ex predictis patet,⁊ ſic ſen
tentia arbitri lata illa die non valeret,ſecus in ſentētia arbitra
torum:Nam,cum ſit quedā tranſactio,poteſt etiam ferri die
bus feriatis.l.dies.C.de fer.Alij legunt iſtam legem alio mō,
quod dicta verba,niſi aliqua,⁊c.ſunt verba exceptiōis,hoc mo
do,ſi arbiter ferat ſententiam die feriata,⁊ petatur pena,non
habebit locū iſta exceptio,bene ageres,niſi illa dies aliqua die
lege excepta ſit,⁊c.⁊ ſemper intellige ſententiam dictam die fe
riata ob neceſſitatem hominum.

LEX XLII.

QUamuis. Effectus ſententie arbi tranſit
ad heredes,licet de eis mētio fa
cta non fuerit.h.d.Uides ergo,quod licet ante latā
ſententiam compromiſſum nō porrigatur ad hr̄des
l.diem,§.j.ſ.e.tamen effectus bene porrigitur,vt hic,

LEX XLIII.

* CUm pena.* In penis non inſpicimus in
tereſſe,quando offendit is,cui
pena principaliter eſt promiſſa.h.d.text.cum gloſſ.
¶Op.d l.aduerſus.⁊ l.ſi duo.ſ.e.Sol.Hic venit cō
tra cōpromiſſum directo agēdo cōtra eum,cui eſt promiſſa pe-
na,ideo nō inſpicitur an interſit.In cōtrarijs fuit actum cōtra
alium,quā cōtra eum,cui eſt promiſſa pena ideo non committi
tur,niſi interſit.Et hoc modo debet intelligi l.ſtipulatio iſta.§.
alteri.ī.de verb.obl.⁊ quod no.in l.ij.in fi.⁊ l.iiij.ī.de verb.obli.

ADDITIO.

* CLAVD.¶Cū pena.Hic eſt gl.que vult,quod licet quādo res
fuit euicta per compromiſſum non tenetur de euictione vendi-
tor.l.ſi dictum.§.ſi ex compromiſſo.ī.de euict.tamen fallit,ſi vē
ditor compromiſiſſet de euictione,quomodocunque res euin-
cat,quā allegat Bal.in l.ſi domus.§.de euictione.ff.de leg.j.ꝙ
pro ſingulari allegat Bar.in §.actionum.Inſtit.de actio.

LEX XLIIII.

a NOn et omnibus.ᵃ Primo ponit ex
quib.cauſis pena
cōpromiſſi committatur.Secundo an arbiter poſſit
punire cōtumaciā litigatoris.Secūda ibi,ſi qdē.Pri-
ma pars legitur duobus mod.Et ſm primam lect.veriorē hoc
intendit,Qui nō dat ꝙ iuſſus eſt dare,vel dat operā ne confe
ratur,incidit in penam.h.d.Roger.legit alio modo,ſꝫ non cu-
ro de eius lec.Uenio ad ſecundam partē,que legitur duobus
mod.Uno modo de pena contumacie,que infert non reſtituen
ti.hoc eſt,de delatione iuramenti in litem.Alio modo intelli-
gitur de pena,hoc eſt de mulcta.Et ſm primam lecturam bre-
uiter hoc intendit,Contra non reſtituentem poteſt arbiter de
ferre iuramentum in litem,teſtes autem non producentem pu-
nire non poteſt.hoc dicit.¶Opp.ad iſtam lec.Arbiter cum ſe
mel iuſſit rem reſtitui per primam ſententiam,functus eſt offō
ſuo.ſ.e.l.dicere in fi.⁊ l.ſeq.ſic de cetero iurm̄ in litem deferre
non poteſt.Sol gl.intelligas quando ante ſententiam certum
erat ipſum reſtituere nolle,vel non poſſe,vnde ante primā ſen
tentiam defert illud iuramentum in litem.Uel intelligas in a-
ctionibus bonefidei,in quibus non fertur niſi vna ſententia.
Pro quo facit l.j.in ī.mag.gl.ī.de actio.emp.Sed ſi velles in-
telligere,quod poſt p̄mā ſententiam defertur iuramentū,non
procederet hoc ſecundum gl.niſi intelligeres quod eſſet actū,
quod poſſet ſuper eodem ſepius pronunciare,vt dixi ſupra e.
l.quid tamen in principi.Item eſſet neceſſe,quod eſſet actum,
quod pena toties committatur,quoties contra factum fuerit.
Nam alias eo ipſo quod non paruit ſententie prime,incidit in
penā,⁊ ſolutū eſſet compromiſſum,vt ſ.eodem.l.ſi duo.ī fi.Di
ces tu,hoc non eſt verum,nam deferri iuramentum in litē poſt

ſententiam, pertinet ad executionem prime ſentētie, vt vidiſtis in l. ſi cum exceptiōe. §. in hac. ſ. quod met. cauſ. Sz arbiter non poteſt exequi ſentētiā ſuaz, l. a diuo pio. in prin. ĵ. de re iud. Nec de hoc in eum cōpromitti pōt, quia eſt mixti imperij. l. nō diſtinguemus. §. Julianus. ſ. eo. Sol. hic defertur iuramētum in litē ex officio iudicis, quod deſeruit in actionib⁹ arbitrarijs, ⁊ ſic eſt iuriſdictionis, non mixti imperij executio: q2 ſi eſſet mixti imperij, de ea non poſſet compromitti, nec competeret minori magiſtratui. l. iiij. §. duas. ⁊ ſeq. ĵ. de dam. infec. Videbitis in l. iubere
b cauere. de iuriſ. om. iu. Secūdo modo[b] legitur hic, vt loquat de
c multa. ⁊ ſecūdum hāc lec. h. d. Arbiter poteſt mulctare[c] cōtumacem, ſi hoc fuit ſibi cōceſſum, niſi aliquid iniuſtum p̄ciperet, h. d. Et iſta vltima particula colligitur ex ver. quo in numero, Nam cogere partem vt pducat cōtra ſe teſtes, eſt iniquū, adeo quod ſi non ſtetur, non incidit in penam, ⁊ ideo non poteſt eum mulctare, vt ſ. eod. l. ſi cum dies. §. ex compromiſſo.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Non ex omnibus. Vide Bart. ⁊ doctor. in l. ij. C. eod.
AND. BARB. ¶ Adde gl. ⁊ doct. in c. ex literis. de conſtit.
b ¶ Secundo modo. Vide Sal. l. ſi. C. de edendo.
c ALEX. ¶ Poteſt mulctare. An arbiter poſſit mulctare? vide Bar. in l. j. in prin. ſ. ſi quis ius dic. nō obtē. Et quod nō niſi ſit ſibi cōmiſſum, vide tex. in l. quid tamen. §. ſi. ſ. eo. niſi in caſu cq. ſuſpicionis. de offi. dele. per Cyn. in l. j. ſi quis ius dic. ⁊ que dixi poſt Bar. in l. j. §. j. ſ. ſi quis ius dic. ⁊ ibi per doc.

§. Cum arbiter. Duobus modis legit, ⁊ hoc intēdit, Si vtraq3 pars eſt inobediēs, pena nō cōmittitur. h. d. cum l. ſeq. ſecundum aliā lec. que colligitur ibi. l. plane, h. d. Ille, qui eſt in mora prorogandi diē, incidit in penam. h. d. Et ſecundum hoc intellige quod arbitro fuit cōmiſſum, quod iuberet partibus prorogare diez, nō quod ipſe prorogaret, ⁊ ideo ille, qui eſt in mora faciendi, incidit in penam, quia per eum fit, quo minus ſentētia detur.

LEX XLV.

a Arbiter. [a]Qui non venit eo tempore quo venire non expediebat, contumax non cenſetur. hoc dicit. Per hanc l. aſſumpta eſt illa practica, quod in termino citationis pars compareat coram iudice, ⁊ abſentis contumaciam incuſat. l. properandum. §. ⁊ ſi quidem. de iudi. Et hoc ideo ne poſſet dicere, nō tenebar venire, quia non veniſti tu nec iudex, vt hic. Materiam huius l. vidiſtis plene in l. ij. in ſi. ſ. ſi quis in ius vocat. non ierit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Arbiter. An ſit verū dictū ſecūde gl. hic, vide Ange. ⁊ Imo. in l. cum ſtipulatus. alle. in gl. Et vide quod per hanc l. dixit Bar. in l. item illa. de conſt. pec. Quid ſi reus non comparuit in termino, ⁊ iudices erant impediti an debeat condēnari in expenſis, vide Panor. in c. ſi. de dolo.

LEX XLVI.

a
b Cum lege. [a]Minor xx. ann. nō pōt eſſe arbiter. h. d. Facit ad queſtionez[b], an ſtatutū poſſit facere, quod minor poſſit eē poteſtas. De quo plene dixi in l. quidā conſulebant. de re iud.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Cum lege. Per Imol. in l. quidam de re iud.
b AND. BARB. ¶ Facit ad queſtionem. Pondera Bar. in l. qdaz conſulebant. de re iud. vide c. cum viceſimum. de offic. deleg. per omnes ſcriben. vide ibi glo. pro intellectu huius l. vide doct. ibi ſed an habeat locum in arbitratore. Abb. ibi decidit quod ſic, q2 appellatione arbitrorum, venit arbitrator. Facit l. ſocietatem mecum. §. arbitrorum. ĵ. pro ſocio. vide Jo. an. in c. vno. de off. de leg. vbi dicit, q̄ illud, quod ibi diſponitur in arbitro, habet locū in arbitratore, ex eo q2 appellatione arbitri, venit arbitrator, ⁊ etiam ibi, diuerſarum. Sed an iſta l. habeat locum in arbitro electo ex iuris diſpoſitione. Bal. dicto c. cum viceſimum. tenuit qđ non, q2 ille equiparatur iudici, vide ibi q2 pulchre loquit.

§. Maior. Minor reſtituitur, ſi inconſulte paſſus eſt in ſe compromitti. h. d.

LEX XLVII.

1 ☞ Fiſco, per ſubditum non queritur, niſi notarius ipſe ſtipuletur penā, ⁊ appoſita parti in promiſſione de non offendendo, cuius medietas ſit fiſci, ⁊ alia pars non acquiritur fiſco, niſi notarius ſtipuletur.

a Arbiter Intra certum diem[a]. Sententia arbitri ſuper pena nō valet, etiā ſi fiſco ſit inferenda, ſed ſuper alia ſententia remanet firma, ⁊ compromiſſi pena committitur. h. d. ¶ Oppo. ĵ. de
b iur. fiſ. l. [b]j. vbi ex cōtractu priuatorum pene inferuntur in fiſcū. Sol. Debes intelligere, quod ibi fuit promiſſum notario tanq̄ publice perſone querenti fiſco, hic vero partes promiſerunt in
1 ter ſe fiſco penam dandam, quod fieri nō poteſt. ¶ Et quo ſuo. quod licet poteſtas patris vel poteſtas domini ſit ſufficiēs, vt per ſeruum vel filium alij querat. §. alteri. Inſti. de inuti. ſtipula. tamen poteſtas, que eſt ratione iuriſdictionis, ſibi nō querit. Nam hic per ſubditum fiſco non queritur, ſicut nec per libertū patrono. l. ſi ſtipulat⁹. §. Chryſogonus. ĵ. de ver. obl. quod valet quia in contractibus pacis ſepe vidi apponi: Promittit enim vna pars alteri non offendere ſub certa pena, cuius vna medietas veniat applicanda communi, alia parti. quod non valet, niſi notarius ſtipularetur pro fiſco. vt dixi in l. j. ĵ. de iure fiſ.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶ Intra certum diem. No. bene ⁊ vide hic Bal. ⁊ quod no. ſimiliter in l. illud. de ſacroſan. eccle.
b ALEX. ¶ Opp. ĵ. de iur. fiſ. vide no. per Gui. de Suza. in l. ſi q̄s maior. C. de tranſa. ⁊ Pet. de Anch. in conſi. j.

LEX XLVIII.

1 ☞ Sententia an valeat quando non eſt pronuntiatum de omnibus, de quibus in compromiſſo.
2 Omittere quando quis dicatur malitioſe, que ſunt in compromiſſum deducta.

a De rebus. [a]Hec lex legitur duobus modis, ⁊ ſecūdū primā lect. breuiter hoc intendit, Si compromiſſuz eſt generale, ⁊ libellus eſt ſpecialis, ſententia arbitri nō porrigitur, niſi ad res in libello comprehenſas, vel ad eas, que maligne omiſſe fuerūt. hoc dicit. quam l. no. Opponitur, ſi in iudicio eſſet actum de certis rebus, agēti poſtea de alijs nullo caſu obſtat exceptio rei iudicate. l. cum queritur. ĵ. de excep. rei iudi. ergo nullo caſu pena committitur. ſ. eo. l. aduerſus. Sed hic dicitur, quod aliquo caſu pena committitur, ergo, ⁊c. Cuius timore dicūt quidaz quod hic libellus eſt generalis. Et iſta eſt ſecunda lectu. de qua dicas ſtatim. Tamē tu primam lect. ſuſtineas. Dicit enim quod quedam ſpecies in petitione ſunt omiſſe, ⁊ ſic petitio nō eſt generalis. Ad cōtrarium reſpondeo, quod pena committitur ex duabus cauſis, quia non eſt paritum ſententie arbitri, vel quia per partem ſeu per partes factum eſt quominus pronūtietur. l. nō ex omnibus, cum ſi. ſ. eodem. Et id, quod hic dicitur, quod ſi maligne, ⁊c. committitur pena ex ea parte, quia per eum factum eſt quominus ſententietur. Habes vnam lec. que eſt notāda. Secūdum aliam lecturam hoc intēdit, Si compromiſſum eſt generale, petitio generalis, proſecutio ſpecialis, ſententia generalis, ſi non proſecuta petantur, pena non committitur, niſi malitioſe proſecutio fuerit omiſſa. hoc dicit. ¶ Oppon. ſecundum iſtam lecturam, fuit petitio generalis contra text. qui dicit, in petitionem a Lucio Titio deducte non ſunt. Gl. exponit in petitione,
b id eſt, proſecutionem petitionis. ¶ Item oppo. [b]ſecundū iſtā lecturam fuit ſententia generalis. Cōtra, quia tex. dicit, nec arbiter de ijs quicquam, ⁊c. Soluit gl. non pronuntiauit expreſſe, vel ſpecialiter, ſed generaliter ſic. Sed ad iſtam opp. q2 niſi pronuntietur de omnibus, de quibus eſt actum, ſententia non valeret. l. quid tamen. in princip. ſupra eodem. Solut. Vt intelligas
1 gloſ. ⁊ materiam dicas: Quandoque eſt vnum compromiſſum ſimpliciter, ⁊ ſecundum quid, vt quando in compromiſſo nō exprimo res, nec dico quod poſſit ſeparatim ſententia ferri, ⁊ tūc de omnibus eſt ferenda ſententia etiam in genere, vt hic. Quandoque ſunt plura compromiſſa ſimpliciter, ⁊ ſecundūz quid, vt quādo plures res exprimūtur, ⁊ dicitur q̄ poſſint ferri plures ſententie, ⁊ tunc poſſunt diuerſis ſententijs terminari. d. l. quid tamē. Quādoq3 eſt vnum compromiſſum ſimpliciter, plura ſecundum quid, vt quādo in compromiſſo non ſunt expreſſe res, tunc ſimpliciter dicitur vnum compromiſſum. l. ſcire debemus. ĵ. de verb. ob. Si vero dictum fuerit, quod poſſit pluries ſententiari, tunc iſto caſu dicuntur plura reſpectu plurium ſententiarum, ⁊ poterunt plures ſententie ferri. l. quid tamen. ſ. eo. Quandoq3 ſunt plura compromiſſa ſimpliciter, vnum ſecundūz quid, vt quando plures res exprimo, hoc acto vt de omnibus debeat ſimul iudicare, tūc poſſit ſimul de omnibus iudicare, particulariter tamen, ⁊ expreſſe. d. l. quid tamen. in prin. ¶ Item opp. de l. licet. C. de iudi. vbi in nō proſecutis non obſtat exceptio rei iudicate, ſz de equitate datur replicatio. Solu. equitas illa ceſſat, quādo malitioſe omiſit, vt hic. Ita tenet ibi Petr⁹, prout Cy. refert. quod not. ✝ Quando vero quādo dicitur malitioſe omittere?
2 (2)
c Dicit gloſſ. quod quando omiſit, ideo q2 putabat ſe ab arbitro cōdemnandum, ſecus ſi forte ideo omiſit, quia putabat ſe nullum ius habere. Hoc colligitur in gloſſa ſuper verbo, non ſunt. Tu dicas clarius, malitioſe factum eſſe, eo ipſo, q̄ ſciēter omiſit proſequi, cogitās ſe proſecuturum, alias ſecus ſi ignoranter, vel quia ignorabat factum, vel quia putabat ſibi ius non competere. Et hoc innuit tex. qui dicit, ſed errore, ⁊c. Quod intelligo iuris vel facti.

facti. ¶ Item quero, dicitur hic, de alijs rebus poteſt agi, q̄ro coram quo, vtrum coram arbitro, an corā iudice ordinario? Reſpondet glo. quod coram iudice. Hoc eſt verum, q̄ arbiter functus eſt officio ſuo: pronunciauit eni3 de omnibus generaliter: ſed ſi ſpecialiter de quibuſdam pronuntiaſſet, poſſet etiam arbiter adiri, ſecundum diſtinctionem quam dixi, per l. quid tamen. in principio. ſ. eodem.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ De rebus. Iſtum tex. ad vnum notandum ponderauit Bal. in l. ſi. §. j. C. communia de lega. vide Bar. in l. ⁊ an eadem. de exce. rei iudi. vide Bar. ⁊ docto. l. licet. C. de iudi.

b POMA. ¶ Item opponit. Uide in materia Felyn. c. penul. de exceptio.

c ALEX. ¶ Malitioſe omittere. Q̄ñ dicat malitioſe omiſſum aliqd in petitiōe. Et adde ad hāc l. Baldū in l. edita. in verſi. nunc veniamus ad cumulationē neceſſariā. Et iſtū tex. ꝓ ſingulari alle. Ang. no. in l. ſcire debemus. in p̄n. ⁊ ibi Lud. de verb. obliga.

LEX XLIX.

a **Inter Statillianum.** [a] In his, que habēt cauſam ſucceſſiuam, non ſufficit ab initio factum, niſi perſeuerātia ſubſequatur. hoc dicit. ¶ Quero, que eſt ratio dubitationis in hac l. gloſſ. refert quod dicunt quidā, quia fines ⁊ termini conſueuerunt poni per iudicem, nō per arbitrum. Iſtud eſt truffatorium, cum non experiatur iure actionis, poteſt de hoc compromitti, ⁊ fieri per arbitrum. Alij dicūt quod arbiter non prohibuit terminos tolli. vnde tollēdo nō videtur incidere in penam. Iſta poteſt eſſe bona, vt ī. dicā. Alij dicunt, quod ideo eſt, quia talis ſententia non continet aliquid dari, vel fieri, vel equipollens. Tu dic rationē dubitationis eſſe, q̄ hic fuit data ſententia ⁊ mandata executioni. Unde videtur, q̄ non teneatur amplius, vt no. in l. pomponius. §. ſed ⁊ ſi is. ſ. de procu. Sed q̄ ſententia continet hic aliquid, quod habet cauſam ſucceſſiuā, per illam executionē factam ponendo terminos quis nō liberaretur a patientia in futurū. facit quod no. C. de vſufru. l. corruptionem. Et iſtud facit ad queſtionem quam pono in l. ſi fideiuſſor. ī. de le. j. ⁊ tetigi in l. heres teſtamento. ī. de actionibus emp.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Inter Statillianum. Uide concor. per Bar. conſil. lx. volum. j. ⁊ aliquid conſi. iij. volumi. ij.

LEX LI.

a **De rebus.** Compromiſſum factum ſimpliciter, nō porrigitur ad lites futuras, [a] h. d. Et ideo ad hoc vt compromiſſum ſit plenum, debet exprimi vt porrigatur ad lites futuras. Facit quod

b habuiſtis in l. omnium. ſ. de proc. ⁊ l. qui habet. in fin. ⁊ l. ſeq. ī. de tutelis. ¶ Sed quero quid ſi eſt dictum [b] de litibus que fiunt, ⁊ eſſe poſſunt inter dictas partes? Dubium facit pro vna parte, q̄ porrigitur ad futura, q̄ verbum, poſſunt eſſe, eſt extenſiuum, ⁊ tunc eſt futuri temporis. l. ſi ita. ī. de le. ij. ⁊ l. in tempus. ī. de here. inſti. ⁊ l. inter illā. ī. de verb. ſigni. In cōtrariū facit q̄ hoc quod dico, poſſunt, videtur intelligendum ex cauſa de preſenti, ⁊ rebus ſic ſe habentibus. l. q̄ ſeruus. ī. de condi. ob cau.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Ad lites futuras. Dum dicitur hic, quod compromiſſum factū ſimpliciter, nō trahitur ad futuras lites, qd in delegatione ſuper cauſa? vide cano. ad hoc in c. j. de reſcriptis.

b ALEX. ¶ Si eſt dictum. Quādo in cōpromiſſo dicitur de litibus q̄ ſunt, ⁊ eſſe poſſunt inter dictas partes, an comprehendāt lites futuras? adde quod dixi ſecundum Bal. in l. qui Rome. §. duo fratres. in vj. queſtione. de verb. oblig. ¶ Adde Bal. conſi. iiij. j. lib. Angel. conſi. lxvj.

LEX LII.

**Si compromiſſum.** Si cōpromiſſum tranſeat in pupillum, vel furioſum, preſentia tutoris vel curatoris requiritur. hoc dicit.

LEX LIIII.

**Sed ⁊ interpellatur.**

a **§. Arbiter** [a] Interlocutoria de citādo poteſt ꝓferri parte abſente. h. d.

ADDITIO.

a ¶ Arbiter. Uide Butr. conſi. clix.

a **§. Si ab altera.** [a] Si compromiſſum ab vna parte non eſt tranſitorium ad heredes, non tranſibit ad alia.

ADDITIO.

a ¶ ALEX. ¶ Si ab altera. Per iſtū tex. decidit Bal. q. quā ſcripſi in l. Pomponius, ſi de meis. in prin. ſ. eodem.

LEX LV.

a **Arbiter.** [a] Si arbiter iubet vltra quā poſſit, impune ſibi non paretur. h. d.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Arbiter. Uide Ro. conſi. cxv.

LEX LVI.

a **Si de re ſua.** In re ſua nemo poteſt eē arbiter. [a] hoc dicit. Quod no. ⁊ maxime rōnē ſuā. Gl. format quedam contraria, ⁊ ſoluit optime, ⁊ format vnam queſtionem de qua per gl. ⁊ per Cy. in l. ſi cum ea. C. de do. promiſſ. ⁊ gl. in capitulo, ſane. extra de renūciatio. ⁊ per Innocent. in capi. veniēs. eo. tit.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Eſſe arbiter. Et q̄ quis in re ſua nō poſſit arbitrari, put dt gl. hic, eſt alia glo. in l. prima. C. ne q̄s in ſua cā. ⁊ per Ant. in capitu. cum veniſſent. de iudic. Et de hoc gloſſ. hic, per Cyn. ⁊ Imol. in l. prima. de legatis ſecundo. ⁊ facit iſte tex. cum hic no. in gl. ad queſtio. no. de qua per Bal. in capitu. primo. de feu. dato in vicem legis com. vbi queſiuit poſt Iacob. de Aren. in ſua ſumma, vtrum quis poſſit ſe compromittere in aduerſarium? vbi vide eum omnino. Et faciunt an quis poſſit ſe committere gratie ⁊ miſericordie alterius? de quo per Ange. poſt gl. in l. ſi ſic. in princ. de lega. j. not. Inno. in capitu. ſane. de renūciatio. Abb. in ca. veniens. ⁊ iſtis adde Bar. in l. j. §. vſque adeo. ī. de iniur. ¶ Adde an epiſcopus poſſit eſſe arbiter in cauſa eccleſie ſue? Oldr. conſil. lvj.

LEX LVII.

a **Si quis iuſſus** [a] Qui non ſoluit in termino, incidit in penam, licet admittatur more purgatio. h. d.

ADDITIO.

a ¶ Si quis iuſſus. Uide Ro. conſ. lxxxviij. ⁊ cōſ. cēteſimooctauo. ⁊ conſi. clv.

---

## Naute, caupo. ſtabula. vt recepta reſtituant. Rub. ix.

a ¶ Gloſſa continuat, [a] ⁊ querit rōnē differētie inter hūc tit. ⁊ ti. furti aduerſus nautas, ⁊c. ⁊ ponit cauſas aliquas differētie, q̄ nō ꝓbantur lege. Roffre. dt, ꝙ nulla eſt differentia, niſi vna, q̄ hic titulus loq̄tur de actione, que orit̄ ex contractu vel quaſi, vel ex delicto, vel quaſi. Ille ſolum ex delicto. Item hic in genere de delicto, vel quaſi, ibi ſpecialiter de delicto furti.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Gl. cōtinuat. Adde q̄ no. Bar. i l. cū ſi exhibuiſſent. §. j. de publica, ⁊ ibi no.

LEX PRIMA.

a **Ait pretor** Primo ponit verba edicti. Et ex hoc text. dicunt quidam iſtam actionem eſſe arbitrariam, dum dicit, niſi reſtituant. contrarium gl. dt, ⁊ bñ. Rō, q̄ ē eū, q nō reſtituit, datur actio ad id tantum, ꝙ non reſtituit, vnde arbitriū iudicis non verſat. Sunt etiam ⁊ alie rationes, quas vide in gl.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Uerba edicti. Utrū iſtud edictū habeat locū in ſemel accipiēre. vide Bar. in l. mariti. §. j. ī. de adult. Et de materia huius ti. vide Spe. in ti. de fur. Et nota q̄ hoſpes ꝓ ſcoto pt tenere fardellū, quaſi tacite hypothecatū, ſ3 Bal. in l. certi. C. loca. ⁊c.

1 ☞ Hoſpitari quis cogitur, poſtquam incepit.

1 **§ Maxima.** Primo commendat edictum. ¶ Not. tex. † quod quis non cogitur aliquē hoſpitari, q̄ eſt verū ab initio. S3 poſtq̄ incepit hoſpitari, tenet̄ recipere hoſpites. l. j. ī. furti aduer. nau.

**§. Qui ſunt igitur** Hic incipit exponere verba edicti.

1 ☞ Genitiuus verificatur ratione poſſeſſionis.

1 **§. Item Pomponius.** No. † quod genitiuus verificat̄ ratione poſſeſſionis. vt no. in l. ij. ī. de religio. De hoc dixi plene in rubri. ī. de no. oper. nuncia.

LEX TERTIA.

1 ☞ Caupo, q adhibuit diligentiam, quam quiſque paterfam. adhibuiſſet, non tenetur poſtea de eo quod contingit.